



no: quia p delent
 de alijs. Sed ut m
 unū specie palliata. A
 & adducatis ad u
 dicit cōtra uos na
 opprimite: & a u
 ideo faciatis: ut u
 sub nostro hab
 uobis singula
 nouit accē
 nostri. Vos enim
 aternū sup
 habebitis: sed
 dum uiuatis non
 desideramus &
 apud centū ter
 ceteris de
 ad nostrū con
 signet chara
 Palatij nostri fra
 cione Milleimo

Beatebub ueter
 specialis amicus.




DESCRI
PTIO DE SITV HELVETIAE,
 & uicinis gentibus, per Eruditissi/
 mum uirum Henricū Glareanū
 Heluetium, Poëtam
 Laureatum.

IDEM DE QVATVOR HELVETI
 ORVM PAGIS.

Eiusdem pro iustissimo Heluetiorum
 fœdere Panegyricon,

Cum commentarijs Osualdi Myco-
 nij Lucernani.

Ad Maximilianum Augustum Hen-
 rici Glareani Panegyricon.

n ¶ Doctasq; Acade. Athe.) Vnde humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, leges ortæ, atq; in omnes terras distributæ putantur. Inquit Cice. pro L. Flacco. Ibi dē Massilia cōmendat magnopere.

FRIBVR
GVM.

X



a Entis Auentinæ decus, & suprema potestas,

c Gloriâq; illustris, Franciâq; præcella Friburgum,

Ausim num tenui laudes tibi fundere filo?

b Illotīs manibus, citharâq; sonante ululatum?

e Sed iubar excellens, magnarum cūria rerum,

f Parce humili plectro, bellī memorabile fulmen,

g Irascensq; Aries muris, obiectâq; moles

b Ordinibus, uolitansq; hosti cātapulta furenti.

Sedula Bertoldī Ducis alti cura Zeringi

Te, uelut Arctopolim, fatis felicibus urbeis,

Aedificarat, ubi hos squallenti uiderat ora

i Collicos, lōca nascendis aptissima muris.

- Friburgum a ¶ (Gentis.) Friburgū nostrū idem Princeps condidit, qui & Arctopolim, sitū est in ultima pene Heluetia occidentē uersus, urbs munita non tam hominū operis, q̄ natura loci. In mōtis enim radicē adsurgit, cui subest amnis Sana. Superne cacumine montis protegit, in primis uero prudentiū uirorū cōsilio. In quibus tamē Falco eques auratus, & maior hoc tēpore Præfectus facile primas tenet, cuius equidem mentionē eo facio lubentius, quod & doctus est, & eloquens, quodq; tam unice Glareanū nostrū amat, omnesq; doctos, ut uel hinc liceat hominis conijcere prudentiā. b ¶ (Auentinæ.) Friburgū Auenticiū diciē hac de causa, quod sit Auentini oppidi capitis olim (teste Cornel. Tac. in. xvij.) Heluetiorum colonia. Eius & Ptole. li. ij. meminit.
- Petrus Falco. c ¶ (Procella.) obstaculū cōtra Franciā. d ¶ (Illotis ma.) Prouerbia aliter dictum in eos, qui uel audacius, uel parum instructi rebus his, quibus oportet

quibus oportuit, negociū inuadunt. e ¶ Curia.) Appositio. Curia *Curia.*
 locus est, ubi senatus reipu. curam, a qua & nomen usurpat, gerit. Ci/
 cer. Extincto enim senatu, deletisq; iudicijs, quid est, quod dignū no/
 bis aut in curia, aut in foro agere possimus. f ¶ Belli memora. ful.)
 Ita Scipiones quoq; duo belli fulmina ab Ennio nuncupantur.
 g ¶ Irascensq; Ari.) Arias machina bellica, qua ueteres muros diru/
 ebant. Tribuit rei inanimata affectum, cum dicit irascens. h ¶ Ca/
 tapulta.) Catapulta iaculum celere, uel sagitta secundū Nonium. *Catapulta.*
 i ¶ Loca nascēdis ap. mu.) Locus em̄ is accommodatus urbibus ex/
 truen-dis, quem natura etiā ad tuendum formauit.

*Aries.**Catapulta.*a
b

Rbs Trēueri soror, & Romæ Salodo,
 doria prisca
 Aut æqua, aut maior natu, quam scin-
 dit & ambit

SALO/
DORVM

XI.

- c Cultus Arar, cui sunt sacris Thebæa sepulchris
 o Corpora, quæ quondam è Nilo Mēphitic⁹ Heros
 Duxit in hoc Vrsus cœlum, dum uita manebat.
 f Martyriū ut palmam, & dignos Heroë triumphos
 Acciperent omnes pro chari nomine Christi.
 Accipe quod uolui breuiori dicere uersu.
 g Vrsinūm seruas morem, fortissima bello
 Pectora habens, nullóq; unq̄ perculsa timore,
 b Vt Romam factis imitere, æquēsq; sororem.

a ¶ Vrbs Treuiri sor.) Si ciuitatibus laudem parit uetustas, nullam *Salodorū.*
 uel Galliæ, uel Germaniæ dicere ausim, exceptis Treuiris, quæ parem
 cum Salodoro nostro cōmendationē mereatur. Ferunt enim conditū
 esse, nō multo post Abraami tempora. Visunt hodie argumēta anti/
 quitatē plane indicantia. Situm est ad Ararim nostrū, contentū plani/
 cie, ualidissimis cinētū mœnibus. Viris præstat huiusmodi, ut a qui/
 bus in prælio animū concipias uel ignauissimus. b ¶ Soror.) Treui/
 rim, & Salodorum sorores uocat, quod ijs simul fuerūt temporibus,
 H cū nullæ